

314
P A R S Q U A R T A .

De Sacramentis.

C A P U T I .

De Sacramentis in genere.

S A C R A M E N T U M

2940 **E**X Divo Augustino: *Est signum rei facere, seu forma visibilis, invisibilis gratie, sed magis complete definitur à Scoto: Est signum sensibile gratiam Dei vel effectum eius gratuitum, ex institutione Divina, efficaciter significans, ordinatum ad salutem hominis: viatoris.*

2941 Dicitur, gratiam, vel effectum eius gratuitum, ob Sacramentum Eucharistiae, quod ob prolationem formae supra materiam panis, & vini, non causat gratiam inhaerentem, sed effectum gratuitum, nempe gratiam per se subsistentem, quae est ipse Christus sub speciebus panis, & vini, quando effectus gratuitus, videlicet Christus sub speciebus recipitur: v. n. 2920.

2942 Dicitur, ex institutione Divina, quia Sacramenta novae legis non causant gratiam ex opere operantis, sed ex opere operato, id est ex institutione Christi; ad differentiam Sacramentorum veteris legis, quae non causabant gratiam, nisi ex opere operantis, nempe ex dispositione operantis per contritionem; & solum ex se causabant quandam sanctorum legalem externam, nempe idoneitatem ad hoc, vel illud faciendum, sine qua reputabatur immundi; figurativam tamen notat veram sanctitatis, & gratiae: excepta Circumcisione, quae non causabat gratiam, & debebat originale peccatum ex vi, & efficacia sua, sed instituit professionis fidei, & Christi venturam, per quod Circumcisio differat à Sacramentis novae legis; quia haec causant gratiam independentem ab omni figura, nec ex merito, aut dispositione operatur, sed ex vi, & efficacia propria, & ex meritis exhibitibus passionis Christi.

2943 Sacramentalia, sunt caeremonie quaedam ab Ecclesia instituta ad ordinatum, & solemnium Sacramentorum. Talia sunt: Oratio Dominica, aspersio aquae benedictae, largitio elemosinarum, benedictio Episcopi, &c. Haec à Sacramen-

tis differunt, quia venialia remittunt non ex natura sua, & ex opere operato, quia pro illis nullibi constat de institutione Christi; sed ex opere operantis, quatenus est impetratione Ecclesiae excitant in nobis motum internum virtutis poenitentiae venialium; qui motus internus sufficit, quod sit poenitentia formalis, vel virtualis, vel quia referat usum sacramentalium ad talem finem. Ita Scoto in 4. dist. 21. qu. 1. litt. E. Quique effectus non est infallibilis, quia non est fundatus in aliqua promissione, sed impetratione; quia ratione pluribus orationibus & caeremoniis utitur in benedictione aquae, &c. Ita Maffius.

2944 Et quamvis martyrium conferat primam gratiam ex opere operato ex promissione Christi: *Qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo.* Item: *Qui perdidit animam suam propter me, inveniet eam.* Non est tamen Sacramentum; quia non est à Deo institutum in signum commune gratiae, nec est actio quaedam sacra ad Dei cultum ordinata; sed passio, quae ex speciali privilegio Christi habet gratiam conferre patienti.

2945 Institutor igitur Sacramentorum est Christus, ut Deus tanquam causa principalis, ut homo tanquam instrumentalis, seu ministerialis; quia sicut Deus solus ut causa principalis potest producere gratiam à se solus Deus potest signum institueret, quod illam significet.

2946 Dicitur, efficaciter significans; quia Sacramentum non est signum speculativum significans id, quod causatum supponitur, ut sumus significat ignem; sed signum practicum efficax, quatenus efficaciter causat gratiam, quam significat, si non ponatur obex ex parte recipientis. Causat autem gratiam, vel physice, ut vult D. Thom. vel moraliter, ut docet Scoto. De quo S. h. o. l. a. f. i. c. i.

DE MATERIA, FORMA, ET INTENTIONE.

2947 Sacramenta sunt quaedam composita moralia, ac prout ad similitudinem compositi physici, consistunt rebus tanquam materia, & verbis, aut aliquo illis aequivalente, tanquam forma, insuper intenc-

tionis ministri. Res dicuntur materia, quia sunt indifferentes, & passive se habent ad hoc, vel illud significandum; verba dicuntur forma, quia res ad hoc significandum determinant; sic in Baptismo aqua, quae est indifferens ad hanc, vel illam abluentionem significandam, est materia; verba autem: *Ego te baptizo*, eam determinat ad significandam abluentionem spirituales.

2948 Materia & forma sunt partes essentielles Sacramenti; intentio vero Ministri est conditio sine qua non, ita ut sine ea Sacramentum sit invalidum, quia Sacramentum debet exerceri modo humano, adeoque debet esse voluntum. Intentio Ministri debet esse actualis, aut virtualis, quam vide in 3. ro. pag. 626.

2949 In recipiente adulto requiritur intentio, quae sufficit, quod sit habitualis: non sic in Ministro; quia plus requiritur ad agendum, quam ad recipiendum; unde in recipiente sufficit, ut aliquando intenderit, & nunquam revocaverit, seu ut non intelligatur repugnare Sacramento, quod recipit. Maffius cum aliis: v. in pag. 8. propos. 28. ab Alex. VIII. damn.

2950 Materie & formae Sacramentorum fuerunt omnes à Christo institutae, sed non singulae in particulari, & in specie; aliquae namque fuerunt à Christo institutae in genere determinandae in particulari, & in specie ab Apostolis, vel Ecclesia, quae in particulari usurparet rem sensibilem, & verba apta ad exprimendam significationem illam, ad quam exprimendam fuerunt Sacramenta illa à Christo instituta. Ita Doctores com. Maffius disp. 16. n. 16. Gonet. de Sac. in man. rr. 2. cap. 2. & 11. 6. cap. 3. Gobat. to. 1. rr. 8. n. 51. v. 1. 3. n. 166.

2951 Si circa materiam aut formam fiat mutatio substantialis, Sacramentum est invalidum, quia materia & forma fuerunt à Christo institutae. Validum vero est, licet regulariter illicitum, si mutatio sit accidentalis. Mutatio tunc dicitur substantialis, quando secundum communem usum, & existimationem, non manet eadem res in substantia, nec eadem significatio in verbis. Hinc invalidum est Sacramentum ex defectu materiae, si consecratur materia cruda, aut si quis baptizat aqua artificiali; quia secundum communem usum, & existimationem, nec illa est panis, sed vulgo, *passa*, nec illa est aqua elementaris; validum est, si panis sit ater non albus, & aqua sit calida; quia est mutatio accidentalis: v. ro. 3. pag. 622. n. 166. & 106.

2952 Invalidum est ex parte formae, si

De Sacramentis in genere. Cap. I.

magna fiat verborum interruptio, ut moraliter non connectantur, vel si forma proferatur dividim à pluribus, v. gr. unus dicat: *Ego te baptizo*, alius: *In Nomine Patris, &c.* quia tunc sunt duae formae, & sensus falsus; validum vero, si dicat: *Ego te baptizo in nomine Patris, &c.* quia mutatio est accidentalis. Ita Maffius.

2953 Item ad valorem Sacramenti requiritur similitudo, quae fit ad veritatem Scoto in 4. dist. 6. q. 3. litt. B. Jussifici, quod fit moralis, sicut Sacramentum est compositum morale, & tanta quanta in actibus humanis, tanta felicitate quanta iudicio prudenti sufficit ad verificandam verborum significationem. Non potest autem certa regula tradi, sed propinquitas temporis debet esse major, vel minor, iuxta varias Sacramentorum condiciones.

2954 In confessione Eucharistiae, materia debet esse praesens, quia hoc indicant pronomen demonstrativa, *Hoc, Hic*. In Sacramento Poenitentiae, admitti potest major distantia temporis inter accusationem, & abluentionem, quia est actus iudicii, in quo accusatio praecedit sententiam. Sic in Matrimonio multo majus tempus intercedere potest inter consensum unius, & alterius conjugis, quantum sufficit, ut unus censatur moraliter permanere: ut in ceteris contractibus. Denique in Baptismo, Confirmatione, Ordine, & Unctione, talis conjunctio requiritur, ut dum Minister verba profert, censatur moraliter lavare, &c. ad quod sufficit, quod materia & forma sint simul quoad aliquos sui partes, nempe ut non finiat, v. gr. ablutio priusquam incipiant verba, vel ut non finiantur verba, priusquam incipiat ablutio. Ita Maffius.

MINISTER SACRAMENTORUM

2955 **D**ebet esse in gratia. Si sit in mortalitate, illicite & sacrilege conficit, sed valide: pro Eucharistia conficienda, & recipienda debet permittere confessionem; pro aliis Sacramentis exercendis sufficit contritio putata: v. ro. 3. pag. 642. n. 279.

2956 Si Sacramentum conicitur ex pravo fine, sacrilege committit; sed valide conficit, si habeat intentionem faciendi, quod Ecclesia intendit.

2957 Sacrilege committit, si administrationem Sacramenti simulet, etiam si metus elementaris; validum est, si panis sit formalis, facta scilicet cum intentione decipiendi, siue materialis, facta sine intentione decipiendi, sed alio fine. Quia talis simulatio est gravis irreverentia facta Deo, & Sacramentis,

tit; quoniam fingit se dispensare merita Christi, ac p. einde illud Christo; & propterea simulatio in Sacramento est ab intrinseca mala, & hac ratione non excusat metus gravis.

2958 Suaeletur ex cap. de homine, de celebr. Miss. ubi Innoc. III. damnat factum cuiusdam Sacerdotis, qui ex quo reperiebatur indignus, & adfictus ad celebrandum, ad satisfaciendum populo, finxit celebrare, & suppressis verbis consecrationis, non consecravit, sed panem & vinum purum sumpsit; factum, inquam, damnat his verbis:

Cum ergo falsa sint abjicienda remedia, quae vetis sunt periculis graviora, licet is, qui pro sui criminis conscientia reputavit se indignum, peccet graviter, si se ingerit irreverenter ad illud; gravius tamen videtur offendere, qui se fraudulenter illud praesumpserit simulare; cum ille in solius misericordis Dei manum incidat, si vero non solum Deo [cui non veretur illudere] sed populo, quem decipit, se adstringat.

2959 Hinc recordes r. Si haereticus minaretur mortem Sacerdoti, nisi totum panem in platea venditioni expositum consecraret, non liceret Sacerdoti proferre verba consecrationis sine intentione consecrandi. 2. Si poenitens absolute indignus minaretur mortem Confessario, nisi distincte verba absolutionis proferat, non potest ea proferre sine intentione absolvendi. Ita Cardenas d. 21. qui n. 63. addit, quod talis Confessarius, ad mortem vitandam, postest tunc dicere verba absolutionis: Ego te absolvo, cum intentione absolvendi à censuris, & retinendo à peccatis; quia hoc pacto non est forma sacramentalis.

2960 Concedit autem, quod Confessarius, qui poenitentem absolute indignum reperit, quatenus, v. gr. est in occasione proxima peccati, quam non vult relinquere, ne prodatur adfictante poenitentis indignitatem, possit obmutuando recitare *Pater noster*, &c. quia ea non est in rigore simulatio Sacramenti, nam omnino materialiter se habet ad Sacramentum, nec sunt verba absolutionis; unde proprie est medium ad vitandam fractionem sigilli, ad quod Confessarius de iure divino tenetur, & deceptio adfictantium, quae sequitur, non intenditur, sed permittitur. Ita ille: v. n. pag. 5. prop. 29. ab Innoc. XI. damn.

2961 Nec licet à malo ministro non tolerato, sed ab Ecclesia interdicto, Sacramenta petere, nisi in articulo mortis, si non sit alius Sacerdos. Item nec licet ea petere à malo ministro tolerato, quem tibi certo constat esse in mortali, nisi sit expositus, vel ei incumbat ex

officio ministrare: v. gr. si sit Parochus, vel urgeat necessitas, quia id esset ad peccatum inducere, & cooperari. In dubio autem esse praesumendus bonus: v. n. 371.

EFFECTUS SACRAMENTORUM.

2962 Omnia Sacramenta novae legis conferunt gratiam habitualementem, seu sanctificantem, sive primam, ut Baptismus, & Poenitentia, sive secundam, videlicet augmentum gratiae praehabita, ut reliqua Sacramenta: ut autem hunc gratiae effectum conferant, requirunt, ut non ponatur obex ex parte suscipientis; suscipiens enim adultus, debet esse dispositus ad Baptismus, & Poenitentiam, saltem per attritionem; ad reliqua vero Sacramenta, per gratiam, unde pro reliquis suscipiendis debet esse in gratia. Hinc Baptismus, & Poenitentia dicuntur Sacramenta mortuorum, reliqua vero dicuntur Sacramenta vivorum; nam Baptismus, & Poenitentia conferuntur homini existenti in peccato, quod si est mortale, est mors animae. Caetera autem conferuntur homini existenti in gratia, quae est vita animae: v. n. 3930. & tom. 3. pag. 608. n. 12.

2963 Ultra gratiam sanctificantem communem, Sacramenta causant gratias particulares ab illa distinctas, quae dicuntur gratiae sacramentales, & sunt particularia quaedam auxilia, quae Deus opportuno tempore dare decrevit Sacramenta debite recipientibus.

2964 Et in specie. Per Baptismus regeneramur. Per Confirmationem roboramur ad fidem Christi constanter consistendam.

Per Eucharistiam conferuntur subsidia ad perseverandum in gratia, & tentationes vincendas.

Per Poenitentiam poena aeterna commutatur in temporalem. Per Extremam unctionem conferuntur auxilia ad resistendum tentationibus in mortis articulo occurrentibus.

Per Ordinem conferuntur auxilia ad digne exequendum Ministeria sacra. Et per Matrimonium auxilia ad ejus sustinenda onera, & prolem recte educandam.

2965 Ultra effectum gratiae, Baptismus, Ordo, & Confirmatio imprimunt characterem in anima, qui est indelebilis: non sic reliqua, ac proinde priora tria sunt irreiterabilia, ut non valeant sine sacrilegio reiterari, reliqua vero possunt reiterari.

2966 Character est signum quoddam spirituale, quod animae imprimitur. Est veluti sigillum indelebile, quod ab anima per peccatum non

de-

deletur; imo in ea permanet post mortem: sive beata sit, ad splendorem, sive damnata, ad confusionem: v. rom. 3.

NUMERUS, ET SUBJECTUM.

2967 Sacramenta novae legis sunt septem: Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Poenitentia, Extrema Unctio, Ordo, & Matrimonium. Est de fide, ex Trid. sess. 7. can. 1. Fuerunt instituta septem per analogiam inter vitam corporalem, & spirituales. Hinc i. Generationi correspondet Baptismus. 2. Augmento Confirmatio. 3. Nutrimiento: Eucharistia. 4. Medicinae post morbum Poenitentia. 5. Adjuutorio ad tollendas reliquias morbi: Extrema Unctio. Reliqua duo spectant ad perfectionem Republicae Christianae: Ordo naaque ordinatur ad propagationem spiritualem; Matrimonium vero ad propagationem corporalem.

2968 Subjectum capax Sacramentorum est solus homo viator, quia pro ejus salute fuerunt à Christo Sacramenta instituta, ut ex definitione n. 2040. v. rom. 4. pag. 609. n. 17.

Scotus in 4. dist. 1. q. 2. litt. F. dist. 3. q. 2. litt. M. N. d. 8. q. 1. litt. H. d. 26. q. un. litt. K. d. 40. q. un. litt. F. d. 1. q. 3. litt. L. d. 2. q. 1. litt. F. d. 1. q. 5. litt. A. d. 2. q. 2. litt. C. d. 1. q. 5. litt. A. d. 6. q. 10. litt. K. d. 3. q. 3. litt. D. d. 2. q. 1. litt. D. E. Maltrius disp. 16. Joan. la Cruz, pag. 286. Leander de Sacr. m. 1. Tamb. rom. 2. lib. 1. Busem. 126. 6. m. 1. Clericatus r. 114.

CAPUT II
DE BAPTISMO.

2969 Baptismus communiter definitur cum Mag. Est ablutio corporis exterior facta sub praescripta forma verborum: melius ex Catechismo Trid. Est Sacramentum regenerationis per aquam in verbo.

2970 Est Sacramentum necessarium ad salutem necessitate mediae, in re, aut saltem in voto, si non possit adhiberi in re.

Necessarium necessitate praecipit est illud, quod est necessarium, in quantum praecipit est, & ad vitandum peccatum: hinc ab eo excusat involuntarium. Necessarium vero necessitate mediae est illud, quod habet influxum in salutem, sine quo salus nullo modo obtineri potest, ita ut in tantum sit praecipitum, quia medium necessarium: hinc ab eo involuntarium non excusat; adeoque infans decedentes sine Baptismo non salvantur.

Sacramentum igitur Baptismi est necessarium necessitate mediae, & praecipit, ut con-

stat ex Jo. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei.

2971 Est triplex: Fluminis, Flammis, & Sanguinis. Baptismus Fluminis est Baptismus per aquam jam definitus, qui est in re, & proprie Baptismus. Flammis est dolor perfectus peccatorum, seu contritio cum voto, seu proposito recipiendi Baptismum in re. Sanguinis est martyrium. Uterque supplicat, & gerit vices baptismi fluminis, conferendo remissionem omnium peccatorum, tam actualium, quam originalium, quando Baptismus fluminis adhiberi non potest: v. n. 2944.

MATERIA, ET FORMA.

2972 Materia remota Baptismi est aqua elementaris ex fontibus, fluminibus, puteis, flagno, mari, etiam si per meatus sulphuris tranierit, &c. apta communi usui abluionis. Hinc non sufficit ad valorem r. Aqua artificialis, nempe aqua rosacea, aut alia destillata. Nec jus carnum, &c. ebullitione peracta, quia per ebullitionem aqua transit in substantiam cibi, ut non sit amplius aqua elementaris, abluionis juxta communem usum apta, hac ratione jus carnis frangit jejunium. 3. Nec nix, aut gelu, nisi aliquo modo liquefiant, & sunt apta ad abluendum, quia tunc sunt aquae elementares.

Eadem ratione aqua ex salis humiditate resoluta est materia valida, si sit ex sale maris; quia est aqua naturalis, quae antea erat coagulata, sicut aqua ex nive; minime, si sit ex sale petrae; quia non est sal ex aqua. Non obstat autem valori si sit calida, colorata, turbida, quando est vera aqua ad abluendum apta; quia sunt pura accidentia, non variantia substantiam materiam; secus si sit mixta, ut non amplius sit aqua, cuiusmodi est lixivium: v. n. d. num. 73.

2973 Certum est, liquorem ex vite, arbore, &c. salivam, & sudorem non esse materiam aptam.

2974 Materia proxima est ablutio corporis, quae debet esse sensibilibus, ut aqua corpus tangat, Ablutio fieri potest tripliciter. 1. Per immersionem aliquis partis corporis baptizandi in aquam. 2. Per effusionem aquae in corpus, ut in Ecclesia Latina. Per aspersionem. Ordinarie loquendo aqua debet esse benedicta, & pars corporis abluenda debet esse caput, ut aliqua pars principalis; alias esset mortale. In casu vero necessitatis, sufficit quaelibet aqua, juxta mem. 2972, & quaelibet pars corporis.

2975 Si ablutio fiat in digito, pede, in solis capillis, aut si abluatur infans secundum

cit-

circumdatus, aut si ablutio fiat per unam, vel duas guttas aque, dubius est Baptismus, quia dubium est, an vere dicatur ablu corpus, & homo; ac proinde extra calum necessitatis est illicitus; imo sic in causa necessitatis collatus, est postea sub conditione repetendus: *Si non est baptizatus, ego te baptizo, &c. v. à n. 75.*

2976. Infans necessitatis, seu quando infans est in periculo mortis, si antequam fuerit egressus, appareat solum caput, potest baptizari in capite. Imo si infans videatur moriturus, etiam intra uterum baptizari poterit, si obstrictio adeo perita, ut manu intra matris uterum illata, supra infantis corpus possit aquam perfundere. Ita Afridokin.

2977. Infans in periculo mortis, si non addit aqua, non potest projici in puteum, quia non sunt facienda mala, ut eveniat bona: at si fiat, erit valide baptizatus.

2978. *Forma*, in Ecclesia Latina sunt hæc verba: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen:* in Ecclesia Græca: *Baptizatus servus Christi in nomine Patris, &c.* habetur ex verbis Christi, Matth. 28. Certus est, & tutus sub hac forma: *Ego te abluo in nomine, &c. Ego te lavo, &c.* Valde est sub forma Dalmatina: *Ego te Christianus:* Vel: *Ego te Christianum facio,* si hæc verba ibi significant, *Ego te abluo,* vel *te baptizo,* Clericatus c. 115. n. 10.

2979. Invalidus est Baptismus. 1. Sub hac forma: *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti:* prætermisissis illis: *Ego te baptizo,* quia non exprimitur actio abluendi: *vid. in pag. 8. frop. 28. ab Alexand. VIII. damn. 2.* Sub hac forma: *Ego te baptizo in nominibus Patris, &c.* vel si dicatur: *In nomine Patris, in nomine Filii, & in nomine Spiritus Sancti,* quia non exprimitur unitas essentiae, sed multiplicatur nomina. 2. Sub hac: *Ego te baptizo in nomine Sancti Spiritus Trinitatis, vel in nomine Christi:* quia est necessaria expressio personarum. 4. Sub hac: *Ego te baptizo cum Patre, cum Filio, & cum Spiritu Sancto:* quia variatur significatio; nam particula, *Cum,* significat societatem ministerii. 5. Sub hac: *Ego te baptizo ex parte Patris, ex parte Filii, & ex parte Spiritus Sancti;* quia etiam variatur significatio; nam baptizans exprimitur non tanquam minister principalis, sed tanquam procurator.

2980. Dubius est Baptismus, & inde repetendus, sub hac forma. 1. Ego te baptizo in nomine genitoris, geniti, & procedentis ab utroque. 2. In Patre, & Filio, & Spiritu Sancto. 3. In uno Deo Patre, & Filio, & Spiritu Sancto. 4. In virtute Patris, &c. 5. Si omittatur *ly. Sancti.* Vel si omittatur *ly. In*

6. Si persona exprimatam ordine inverto. Est certe invalidus etiam in casu necessitatis per solos natus, sine verbis, etiam per mutum.

2981. Baptismus sub hæc forma ab obiterice Sicula, in necessitate factus: *Io t' aggravato in nome del Padre, & del Figlio, & dello Spirito Santo,* videtur validus: quia *ingravato,* est verbum Græcum, quod probabiliter est, quod significat *lavate.* At rite Tambur, cum pronunciat invalidum: quia licet significatio probabiliter sit talis, in Sicilia tamen ex communi usu, & acceptione, verbum illud *ingravato,* non significat actum abluitionis, sed totum aggregatum facti in repentina necessitate.

2982. Hæretici, qui convertuntur ad fidem, non sunt sub conditione rebaptizandi, nisi addit dubium, an adhibita fuerit debita materia, aut forma. Imo nec suppleri solent cum illis ceremoniæ, ad vitandum scandalum, nec rudes putent, Baptismum ab hæreticis sub debita materia, forma, & intentione collatum, esse invalidum.

MINISTER

2983. Debet esse distinctus; quia idem non potest generare seipsum. Minister solemnitate est Sacerdos solus, cui est officio incumbit, nempe Parochus, & ex ejus commissione, aut delectu quilibet alius Sacerdos, qui in aliquo casu potest esse Diaconus; extra casum vero necessitatis, nulli alteri licet sine mortali: validus autem est Baptismus.

2984. In casu necessitatis, videlicet in probabili periculo, quod quis moriturus sine Baptismo, ni statim baptizetur, validus simul, & licitus minister hujus Sacramenti est quilibet homo usum rationis habens, debitam materiam, & formam adhibens, cum intentione faciendi id, quod Ecclesia intendit; five Sacerdos sit, five Diaconus, five Subdiaconus, five Clericus, five Laicus, five vir, five femina, five fidelis, five infidelis, five excommunicatus. Præstatum ordinem sine rationabili causa pervertere est peccatum mortale, si addit injuria gravis, ut si præsentem, & volente Parocho, baptizet simplex Sacerdos, aut præsentem Sacerdote laico, veniale vero, si injuria sit levis, ut si præsentem viro laico, baptizet femina. At nullum erit peccatum, si major sit præsentem, sed non vellet, vel si minor, licet sit infidelis, & contumaciore, quia est promptior: quæ in his casibus repentinè contingere solent.

Sic

2985. Sic dato Baptismo: si baptizatus vivat, solum supplicanda sunt à Parocho ceremoniæ, & solemnitates in publico Baptismo solite, si adfit certitudo, quod fuerint adhibita, debita materia, forma, & intentio; quæ si certo non consistit, est reiterandus sub conditione.

Non licet recipere Baptismum ab hæretico, imo adultus ab eo recipiens est irregularis, & ad Ordines promovendi non potest, ex *Cap. Qui in quilibet 1. q. 7. c. Venimus 1. q. 1. nisi baptizatus fuisset infans,* aut in periculo mortis; Hæreticus enim, & infidelis, ex *Trid. sess. 7. can. 4.* valide baptizatur, si intendat facere, quod facit Ecclesia, Clericatus c. 115. n. 29. & 51.

Imo baptizatus à Calvinistis esse vere baptizatus, ita ut non sint iterum baptizandi, etiam sub conditione, habetur ex *Declar. S. Congr. Conc. apud Fagnanum lib. 1. Decr. 6. Quoniam 13. constit. n. 24.*

2986. Validus est Baptismus, si minister credit te baptizare masculinum, cum sit femina, quia errat in speculatione, non practice; nam practice suam intentionem dirigit in personam præsentem. Sicut valide abluo Confessariorum presentem, quem putabat masculinum, cum sit femina.

2987. Hac ratione Fenech. *de forma bapt. n. 30. cum pluribus addit,* quod in casu, quo Episcopus ante ordinationem admoveat, juxta ritum Pontificalis: *Se non intrudere in divan excommunicatum, irregularem, clericum alterius diocesis sine legitimo dimissionis, &c.* si quis ex his ad Ordines accedat, valida sit ordinatio, & non repetenda; quia in particulari, & practice ordinari intendit hunc presentem; adeoque profectionem illam esse ad terrorem, ut si quis talis sit, recedat, & non illicite ordinetur.

Id tanquam longe probabilius, cum multis tenet Leander *tr. 6. de Ord. disp. 4. qu. 6. & probat his verbis: Quod inde evidenter colligitur, quia post talem profectionem, statim solet ordinandi à quacunque excommunicatione absolvo. & ab omni irregularitate dispensare, ad effectum ductæque Ordines valide suscipiendi, ut habetur in Pontificali: Tempore absolvo eos ad effectum profectionis assequendum.* Hac Leander. Idem docet Tamb. *tom. 1. l. 3. c. 3. §. 5. n. 26. Gobat. n. 1. de Ord. tr. 8. n. 704.* Unde id est moraliter certum.

2988. Ut in necessitate potest, per asperitatem baptizare plures, utentio hac forma: *Ego vos baptizo, &c.* quia non mutatur nec forma, nec sensus, namque *vos,* idem est, ac *te,* & *te.*

2989. Item valide duo simul baptizant, si quilibet abluat, & formam proferat, ac inde procedentem ab intentione alterius, sicut in Missa Ordinationis omnes Sacerdotes consecrant.

2990. Invalide autem, si unus solum abluat,

alter solum formam proferat; ut contingeret, si quis esset baptizandus, & non adesset, nisi duo, unus sine lingua, alter sine manibus, quia tunc forma reddatur falsa; nam non dicitur cum veritate baptizare, & abluere, qui solum dicit: *Ego te baptizo, seu abluo;* non tamen ipse, sed alius abluat.

SUBJECTUM BAPTISMUM

2991. *Est omnis homo natus. Morsuum ex uno, & muliere genitum, & animæ rationalis. Si consuet, quod habeat duas animas, bis est baptizandus; vale est, si habeat duo capita, aut duo corpora drusa. Si dubitetur, an duas habeat animas, ut si habeat duo capita cum uno pectore, aut duo pectora sub eodem capite, bis baptizatus confertur debet, quis absolute in illa parte, in qua perfectus apparet caput, alius sub conditione in altera parte: Si non est baptizatus, vel si es capax: Ego te baptizo, &c.* Hæc Fenech.

2992. Filii Christianorum baptizari debent non expectato rationis usu, etiam invidis parentibus, si id forte contingat. Item dico de filiis infidelium jam baptizatorum, qui, v. g. apostataverunt à fide: quia sicut Ecclesia potest ipsos parentes cogere pœnis ad servandam fidem; ita potest ab ipsis hiis eripere, & baptizare.

2993. Filii vero infidelium nunquam baptizatorum, valide baptizantur, invidis parentibus; sed illicite, si parentes non sit sub dominio Principum Christianorum, vel si solum sint tributarii, aut vassalli, ob periculum subventionis. Tum quia per hoc, quod sit vassalli, non amittunt jurisdictionem, & potestatem dominativam in filios.

Licet autem eos baptizare, si ipsi pueri post usum rationis petant, aut ante usum rationis sint in periculo vite jam jam morituris; quia tunc cessat periculum subventionis.

2994. Item licet eos baptizare, invidis parentibus, si parentes sint mancipia Christianorum; quia tunc domini dominium habent, tam in parentes, quam in filios, ut eos vendere possint, & separare.

2995. Denique possunt, invidis parentibus, baptizari, si unus parentum sit fidelis, quia potest sequitur originem parentis Christiani, cuius conditio est melior, ac proinde ratione originis sit subditus Ecclesie.

DIS.

DISPOSITIO SUBJECTI.

2996 **I**N infantibus ante ulum rationis, & in perpetuo amentibus ; & nativitate intentionem, & dispositionem supplet Ecclesia, ob eorum incapacitatem ; unde nulli in illis requiritur dispositio moralis, tam ad valide, quam ad fructuose recipiendum Baptismum.

2997 **I**n adultis vero sunt necessariae tres dispositiones. 1. *Est consensus internus* ; quia Deus neminem invitum vult sua familie adscribi : habetur ex Prov. 23. *Fili probe nubi cor tuum.* 2. *Est fides*, juxta illud Matth. ult. *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, &c.* quae fides ante Baptismum sufficit, quod fit actualis. 3. Dispositio necessaria in adultis, qui cum originali mortale alicod conjunctum habent, est *poenitentia*, seu dolor peccatorum commissorum, qui sufficit, quod fit attritio : habetur ex Actorum. 2. *Poenitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum in remissionem peccatorum.*

2998 **H**ae tres dispositiones ita se habent, ut sola prima sit necessaria ad Baptismum valide suscipiendum ; reliquae autem duae solum sint necessariae ad Baptismum fructuose suscipiendum, nempe cum effectu gratiae ; unde si quis adultus sine actu fidei, & doloris peccatorum commissorum Baptismum susciperet, valide eum susciperet, quia characterem recipiet ; non tamen fructuose, quia non recipiet gratiam, & ceteros effectus ex illa pendentem ; recedente vero fictione, nempe postea adhibens fidei, & doloris, gratiam, & ceteros effectus recipiet absque reiteratione Baptismi, ex vi praeteriti Baptismi ; quia Sacramentum irriterabile non debet credere suo fructu, recedente fictione recipientis : v. n. 3085.

2999 **U**bi nota, quod quando dicitur, quod sicte recipiunt Baptismum, recedente fictione, gratiam acquirunt ; nomine *fictionis* non intelligitur defectus primae dispositionis, nempe consensus interni ; quia sic neque valide Baptismum recipiet ; sed defectus actuam fidei, & doloris.

3000 **H**inc qui vi, vel metu ductus Baptismum suscepit, valide suscepit, si habuit intentionem illum vere suscipiendi ; quia metus non tollit intentionem, & voluntarium simpliciter.

3001 **V**alidus est Baptismus collatus amentibus, aut dormientibus, si ante, dum intervallum rationis habuit, petiit, quia sufficit intentio habitus : n. n. 2949.

EFFECTUS BAPTISMI

3002 **S**unt 1. gratia habitualis, seu habitus charitatis ; infunduntur enim in susceptione Baptismi tres habitus supernaturales, Fides, Spes, & Charitas, per quam gratiam delatur peccatum originale, una cum omnibus actualibus ante Baptismum commissis.

2. Est remissio totius poenae. Baptismus enim delit omnem culpam, & poenam : est de fide definitum in Conc. Florent. *Baptizatus non imponi satisfactionem pro peccatis praeteritis.*

3. Est character, quo signatur intra familiam Christi. Item conjungit moraliter hominem cum Christo, tanquam membrum cum capite, eumque subijcit jurisdictioni Ecclesiae.

Denique est janua omnium Sacramentorum, v. tom. 3. n. 19. ita ut non baptizatus non possit valide ad Ordines promoveri : v. pag. 8. pro. 19. ab Alex. VIII. dnm.

PATRINI.

3003 **I**N Baptismo solemniter requiritur Patrini. *Patrinus* dicitur non ille, qui puerum tenet in caeremoniis antecedentibus Baptismo, quia hic dicitur susceptor in Catechismo, seu instructione ; sed ille, qui tenet puerum in fonte, dum baptizatur, qui tamen solet esse idem, qui non potest esse, nisi unus, mas, aut foemina, aut ad summum duo, mas, & foemina, ex Trident. *sess. 24. cap. 4. de ref. quibus incumbit cura instruendi puerum super solent esse idem, qui non potest esse, nisi unus, mas, aut foemina, aut ad summum duo, mas, & foemina, ex Trident. sess. 24. cap. 4. de ref.* quibus incumbit cura instruendi puerum super catholico, ubi pueri plures, & aptiores habent instructores.

3004 **M**aritus, & ukor possunt simul alienum filium levare de rigore praecipit, at non de honestate : quia caput, *quod autem* 30. q. 4. est consilium, non praecipium, Clericatus c. 125. n. 60.

3005 **N**on possunt esse non baptizati, sicut nec in Confirmatione non confirmati, neque haeretici. Prohibetur ex jure Monachi esse patrinos. Parens non debet propriam prolem suscipere, quia alias contraheret cognitionem spirituales cum conjugio, ob quam non possent debitum petere. Nisi baptizaret in casu necessitatis ; tunc enim non amittit jus petendi. Episcopus autem potest super tali impedimento petendi debitum dispensare, Clericatus c. 115. n. 61.

3006 **N**on licet avo, vel aviae suscipere nepotem, vel neptem, quia continentur sub prohibitione patris, & matris, l. *Justa* 201.

CAPUT III.

DE CONFIRMATIONE.

3014 **C**onfirmatio est Sacramentum, quo homo viator baptizatus inungitur in fronte ab Episcopo cum Chrismate, sub praescripta forma verborum, ad fidei robur consequendum.

3015 **M**ateria remota, est Chrysma confectum ex oleo olivae, & balsamo. Balsamum esse de necessitate Sacramenti, est tutius : Chrysma vero debet esse ab Episcopo benedictum, alias Sacramentum esset nullum, quia fit sicut Christo pro materia instrumentum, Cardenas *disp. 2. n. 45.*

3016 **M**ateria proxima est unctio facta in fronte in formam Crucis.

3017 **U**inctio fieri debet immediate manu, vel digito Episcopi ; unde non est tutum, si fiat instrumentum.

3018 **F**orma sunt verba : *Ego signo te signo Crucis, & confirmo te Chrysmate salutis : In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.* Omnia praeter *Amen* sunt necessaria ad valorem.

3019 **I**n collatione hujus Sacramenti additur *alapa*, quae confirmatus percussitur, ut memor sit se hoc Sacramentum recepisse ; adeoque non audeat iterum ad illud accedere, cum non sit iterabile : *Et insuper, ut intelligat, debere pari iustitiam pro Christiana fide professam.* Haec Fench. ex Tol.

3020 **N**on peccat mortaliter Episcopus, si omittit dare alapam, Clericatus *cap. 116. n. 25. cum Com.*

3021 **N**on incurritur irregularitas per reiterationem Confirmationis, Clericatus *cit. n. 29.* quia jura solum loquuntur de reiteratione Baptismi, & ex c. *Qui 15. de sent. excom. in 6.* irregularitas nulla incurritur, nisi in episcopi in iure.

3022 **M**inister hujus Sacramenti est solus Episcopus. Unde non sufficit, si fiat à simplici Sacerdote ex commissione Episcopi ; bene vero ex commissione Papae ; quia hoc concessit Gregor. I. & pro Indis Gregor. XIII. Quoties autem Summi Pontifices à duobus opinionibus eligunt unam, illam proponunt sequendam, & reddunt certam, Sieri n. 137.

3023 **Q**uamvis ex jure non liceat Episcopo

201. ff. de verb. signific. Clericatus *cap. 115. num. 62.*

3007 **N**ec licet Monachis, & Regularibus esse Patrinos : nam licet prohibitio in c. *Non licet Abbati*, sit expressa pro Monachis, est servanda à ceteris Regularibus ; nam in Rituali habetur : *Ad hoc nunquam admitti non debent Monachi, vel Sanctimonialis, nec alii cuiusvis Ordinis Religiosi à seculo segregati.*

3008 **I**n Baptismo privato non requiritur Patrini ; qui si adhibeatur, cognitionem spirituales non contrahet ; quia jura de Baptismo solemniter loquuntur, adeoque non extendenda ad privatum.

3009 **I**nsuper nec cognitionem spirituales contrahunt Patrini in Baptismo solemniter tenentes puerum, in domo privatum ob vitae periculum ab obstrice baptizatum, Sanchez *de matr. lib. 7. dist. 72. Tamb. de bapt. c. 1. §. 8. n. 3.* quia jura loquuntur de Baptismo solemniter, vero, & absolute.

3010 **N**on contrahitur cognatio, nisi patrini tangat baptizandum, aut confirmandum, in ipso actu Baptismi, seu Confirmationis ; quia jura requirunt, ut *teneat* in fonte baptizatum, dum baptizatur, &c. Unde non sufficit sola assensio, aut responsio ad catechismum, vel quod baptizatum è manu Sacerdotis recipiat post Baptismum, Tamb. *tom. 2. pag. 13. §. 4. & pag. 18. c. 4. cum com.*

3011 **H**inc Joseph de Aug. & Tamb. *de bapt. dicitur*, quod si quis suscipiat per Procuratorem, non contrahit cognitionem, nec ipse, nec Procurator. Non ipse, quia non ipse tenet, cum non tangat. Non Procurator, quia licet teneat, non tenet nomine proprio. At Clericatus c. 115. n. 62. tenet, contrahi à mittente, non à Procuratore, & ita decidisse Sac. Congr. referet ex Corton. *lib. 2. contr. 2. n. 90. & ex Nicol. elucubr. crisi. tom. 1. pag. 50.*

3012 **N**on contrahitur cognatio, nisi à suscipiente baptizato, nec in Confirmatione, nisi à suscipiente confirmato ; unde non contrahet Cathecumenus, Diana p. 10. n. 16. *ref. 89.*

3013 **P**atrinus suscipiens filium infidelium non contrahit cognitionem cum ejus parentibus infidelibus, nisi postquam venient ad fidem, quo casu esset attendenda cognatio, Clericatus *cit. num. 57. cum Silv.*

Vide infra de matrini. tit. Cognatio Spiritualis.

Secutus in 4. dist. 3. q. 1. *lit. D, E, q. 2. lit. D, H, P, dist. 18. q. un. lit. H, dist. 4. q. 1. lit. A, q. 5. lit. H, dist. 6. q. 2. lit. G, dist. 7. q. 2. lit. A, C, dist. 7. q. 1. lit. D, dist. 5. q. 2. lit. A, C, D, E, F, G, dist. 4. q. 4. lit. D, H, q. 5. lit. A, B, dist. 6. q. 9.*

Examen Ecclesiast.

scopo alienum subditum in sua Diocesi confirmare: consuetudo tamen id licitum reddidit, quia præsumentur consensus proprii Episcopi; Diana p. 2. tr. 17. ref. 17. & p. 4. tr. 4. ref. 50. Clericatus cit. n. 15.

3024 At non potest in aliena Diocesi proprium subditum confirmare, nisi de licentia Episcopi loci; alias incurrit ipso jure suspensionem, ex Trid. sess. 6. de reform. c. 5.

3025 Non peccat Episcopus, si ex justa causa ad sui arbitrium administrationem hujus Sacramenti per tres aut quatuor annos retardet. Et potest quacunquē die, etiam feriata, ministrare, & tempore interdicti, ex c. Quoniam, de sent. excom. in 6.

3026 Subiectum, est omnis homo baptizatus, five infans sit, five adultus. Usus est, ut non confertur pœnitentiæ ante usum rationis, ac recorderetur se illud recepisse, ne recipient iterum.

3027 Sed in hoc (ait Clericatus cap. 126. n. 26.) exuberat arbitrium Episcopi, ita ut, seculo scandalo, etiam puerum trimum annu possit confirmare absque peccato, & semper in dubio debet inclinare ad favorem pœnitentis Sacramentum, ne ob varia rerum discrimina contingat ipsum mori absque gratia hujus Sacramenti, Jord. ibid. n. 46. 47. & 48. Coton. ubi sup. n. 42. & quod in articulo mortis possunt statim confirmari, nedum adulti, sed etiam infantes, ac etiam perpetuo amentes.

3028 Imo conferri posse amentibus, ne priventur effectu gratiæ hujus Sacramenti, absolute docent alii.

3029 Sufficiens debet esse in gratia, aut in ea poni saltem per contritionem putatam. Idem dic de Ministro conferente.

3030 Patrinus, unus tantum esse debet, ex c. Non plures, de consecr. dist. 4. & Trid. solum in baptismo concessit unum & unam, cui accedit praxis, Clericatus cit. n. 30. v. ad mon. 3005. ad 3012.

3031 Efficacia hujus Sacramenti sunt. 1. Augmentum gratiæ habitualis. 2. Character, quo figuratur ut miles militiam Christi ad fidem cum robore propugnandam, iuxta illud S. Melchiodis, ex Trid. In baptismo regeneramur ad vitam, post baptismum confirmamur ad pugnam. 3. Est Cognatio spiritualis, de qua in Matr. v. n. 304.

Scotus in 4. d. 3. q. 1. lit. C. d. 7. q. 1. lit. A. B. D. E. F. quest. 4. lit. A. dist. 42. qu. un. lit. K. Magistrus in Theol. mor. dist. 17. quest. 5. Joana Crux pag. 215. Leand. de Sacr. tr. 3. Tamb. tom. 2. lib. 3. Bulemb. lib. 6. cap. 2. Clericatus c. 116. Mendo.

DE EUGHARISTIA

3032 Ute actum est in 3. tom. c. n. 187. & hic ad n. 2914.

CAPUT IV.

DE POENITENTIA.

3033 Poenitentia Christiani dicitur secunda tabula post naufragium, in ordine ad Baptismum, qui dicitur prima tabula ad invenendam salutem post commune naufragium per peccatum originale. Poenitentia vero est secunda tabula ad invenendam salutem post naufragium particulare per peccatum mortale post Baptismum commissum.

3034 Est duplex, Virtus, & Sacramentum. Poenitentia virtus est virtus, qua dolemus de peccatis commissis, quatenus sunt offensiva Dei, & est ipsa contritio. Poenitentia Sacramentum est Sacramentum reconciliationis hominis cum Deo ex peccatis commissis post baptismum, virtute clarivium, seu absolutionis sacramentalis.

3035 Est Sacramentum necessarium necessitate mediæ, & præcepti, ex Trid. sess. 14. cap. 2. ita ut quis, postquam mortale commiserit, salvari non possit, nisi per Sacramentum Poenitentiae in re, vel in voto, elicendo actum contritionis: v. in pag. 8. prop. 18. ab Alex. VIII. damn.

PARTES SACRAMENTI POENITENTIAE

3036 Sunt materia, forma, & satisfactio: materia, & forma sunt partes elementales, satisfactio integralis.

MATERIA

3037 Est duplex, remota, & proxima. Remota est peccatum, & est etiam duplex, necessaria, & sufficiens. Necessaria est omne peccatum mortale post Baptismum commissum, non jam rite confessum, & absolutum. Sufficiens est omne peccatum veniale, vel mortale, alias rite confessum, & absolutum, v. n. 3048. Materia proxima sunt tres actus poenitentis: Cordis contritio, Oris confessio, & Operis satisfactio.

3038 Peccata dicuntur materia remota. 1. Quia sunt materia, supra quam cadit dolor, qui est materia proxima in ordine ad formam absolutionis, & Sacramentum. 2. Quia peccata sunt materia per formam absolutionis, & Sacramentum Poenitentiae removenda.

3039 Peccata ante Baptismum commissa nec possunt, nec debent esse materia Sacramenti Poenitentiae: quia spectant ad forum Baptismi, ex Trid. sess. 14. c. 1. Commissa vero

in instanti Baptismi, sunt Sacramenti Poenitentiae materia; quia sunt peccata hominis baptizati.

3040 Peccata mortalia dubia, five dubio positivo, five negativo, de quo in n. 23. sunt necessarii aperienda in confessione, Volpi de poenit. ref. 145. n. 3. Diana p. 3. tr. 4. ref. 207. quia alias quis se exponeret periculo peccandi; & errandi circa integritatem confessionis; & ex Trid. sess. 14. c. 5. confitenda sunt peccata, quorum conscientiam habemus; de dubiis autem conscientiam dubiam habemus, adeoque ea confiteri debemus.

3041 Hinc 1. Qui dubitat, an commiserit peccatum mortale, vel an commissum sit mortale, aut veniale, tenetur illud confiteri. 2. Qui scit se peccasse mortaliter, sed dubitat, an illud confessus sit, tenetur confiteri, quia constat de peccato, & de obligatione confitendi, & dubium est, an sit ei satisfactum: v. n. 47.

3042 Secus est dicendum de judicio probabili; qui nanque probabiliter judicat, se non peccasse mortaliter, aut peccatum commissum jam confessum esse, non tenetur illud confiteri, licet aliquam formidinem de opprobrio habeat; sed potest illi judicio probabili prudenter acquiescere, juxta dicta a n. 59.

3043 Qui dubitat, an fecerit peccatum ante confessionem ut certum, non tenetur iterum confiteri ut dubium, etiam si certo inveniat se non fecisse.

3044 Qui integre confessus est peccatum, de quo dubitabat, an esset mortale, vel veniale, si postea inveniat esse mortale, non tenetur iterum illud confiteri; quia jam integre suum manifestavit peccatum, nec nova circumstantia explicanda occurrunt. Nec est necesse ad confessionis valorem, quod poenitens sciat determinate, peccatum confessum esse mortale, ut etiam de Confessario dicemus: v. infra de cas. ref.

3045 Qui confessus est peccatum dubium, si postea reperiat certo aut probabiliter illud commississe, tenetur iterum illud ut certum fateri, Dian. p. 3. tr. 4. ref. 91. quia peccatum est explicandum, ut est in conscientia poenitentis; dictum autem peccatum nunc est in conscientia poenitentis ut certum, quo pacto non fuit subiectum clavibus; sed ut dubium: v. n. 3312.

3046 Etiam vero de poenit. tr. 5. disp. 5. q. 27. tenet partem negativam; quia jam poenitens fuit à tali peccato directè absolutus sub conditione implicita: Si est peccatum.

3047 Qui recorderetur se peccasse mortaliter in genere, ac non de peccato in specie, tenetur confiteri peccatum mortale in genere;

quia est materia sufficiens, imo necessaria pro absolutione. Quando postea ejus recorderatur in specie, tenetur iterum in specie confiteri, quia tenetur confiteri speciem, & numerum peccatorum, quod non est factum in confessione priori.

3048 Ex his, materiis necessariis, & sufficientibus, de n. 3037. addi potest tertia materia remota, nempe materia necessaria, sed non sufficiens. Et sunt peccata mortalia dubia, & quæ dicuntur materia necessaria, quia sunt necessarii aperienda; non sufficientia vero; quia sola sine additione materiæ certæ non sufficient ad absolutionem absolutam.

3049 In casu autem metaphysico, quod quis non haberet materiam certam præteritam, quam adderet, tunc posset dari absolutio conditionata; & simul confiteri salutem animæ poenitentis, & simul vitare irreverentiam Sacramenti, ut in mon. 2034.

3050 Qui mendacium in confessione dicit circa mortalia, peccat mortaliter: venialiter si circa venialia, aut circa ea, quæ confiteri non tenetur: v. n. 278.

3051 Unde qui scienter dubia confiteretur pro certis, vel e contra, peccat mortaliter nisi hoc faciat bona fide ut putans consultius, & secutus se accurate, ac ita contentum esse.

3052 Item tenetur poenitens Confessario interroganti fateri alicujus peccati consuetudinem; quia Confessarius, cum exerceat munus Judicis, habet jus ad cognoscendam causam, & dispositionem poenitentis ex circumstantiis, ad providendum: v. in pag. 6. prop. 58. ab Innoc. XI. damn.

FORMA

3053 Sunt verba absolutionis: verba ad valorem Sacramenti necessaria, & sufficientia; sunt, Absolutio te à peccatis tuis: quia est tutius, Mendo ver. Absolutio, num. 6. Qui reliqueret: Ego, & in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, extra casum necessitatis, peccat mortaliter. Preces autem tantæ ante quam post dictam formam adjunctæ, nec ad ipsius formæ essentiam spectant, nec ad ipsius Sacramenti administrationem sunt necessariae: ex Trid. sess. 19. c. 3. v. n. 1026.

3054 Valida est (quamvis illicita) forma, si detur aliis verbis, & tamen sensum non mutant formæ ordinariæ, nec actum iudicii. Ut: Ego tibi remitto, vel condono peccata tua: Tibi à me remittuntur peccata tua: Nos absolvimus te à peccatis tuis: Si ly Nos denotet dignitate personæ singularis absolverentis, puta si sit Prælati; secus, si denotet plures personas, Clericatus c. 123. num. 6. & 7. ex Scoto in 5. dist. 14. quest. 4. & Diana par. 21.

3054 Quod absolvens iuret de patendo mandatis Ecclesie, vel de exequenda poenitentia sibi iniuncta, quod dicantur preces a Rituali Romano prescripte cum levi flagellatione humerum nudati ipsius poenitentis: quomais aliquantulum hæc æremonia possint omitti, & sufficiat dicere: Ego absolvo te a vinculo excommunicationis, quam ob talem causam incurristi, & restituo te Sacramentis Ecclesie, & Communioni fidelium. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen. Colon. ubi supra num. 38.

3055 Absolutio extra casum necessitatis debet esse absoluta; cadere autem debet supra materiam certam & determinatam. Unde supra peccatum dubium non potest sine sacrilegio dari absolutio determinata; non enim dari potest sententia certa pro delicto dubio. Tunc autem curare debet Confessarius, ut poenitens addat aliquod peccatum certum, & etiam de aliis confessis: & tunc det absolutionem absolutam, & certam. Quod si poenitens sit tam sanctus, ut nullum certum habeat, vel potius tam rudis, ut nullum certum dare sciat, tunc sub conditione, saltem mente retenta absolvat. Sine ulla materia dari non potest absolutio sine sacrilegio: v. g. m. 3049.

Absolutio sub conditione de preterito, aut presenti, v. g. Si doler, absolvo te, est valida, quia conditio supponitur pœna, & certas; sed imprudens, nisi in casu necessitatis, quo poenitens non valet signa certa doloris præbere. At non est valida sub conditione de futuro, quia effectus Sacramenti, nempe gratia, non potest manere suspensus, & pendens à contingenti, si poenitens sit dispositus, Clericatus cit. m. 10. ex Diana p. 11. tr. 3. ref. 18.

Neque dari potest ad reincidentiam; quia peccata non sunt mala pœna, ut censura, sed mala culpæ, ideo semel remissa non redeunt: v. num. 38.

3056 Absolutio à censuris potest dari sub conditione de futuro, sed quoad reincidentiam. Et dari potest tam verbis, quam scriptis: imo etiam invitis, si absolvens id faciat auctoritate ordinaria; & minime si virtute Iurisdictionis, aut Bullæ cruciatae, tunc namque non datur nisi petentibus. Ita Clericatus citat. num. 14.

Per illa verba, Absolvo te ab omni vinculo excommunicationis, etc. absolvitur poenitens ab omnibus censuris, tam in confessione expressis, quam ab illis, quorum non recordatur, aut non habet notitiam, in quantum facultas Confessarii se extendit, & dum modo poenitens habeat intentionem satisfaciendi, si tale sit onus, Clericatus cit. n. 16. & 17.

Formam absolutionis à censuris in foro exteriori assert Clericatus e. 123. num. 35. ut sequitur.

3057 **M**ereatur tui omnipotens Deus, & dimissis peccatis tuis perducatur te ad vitam æternam. Amen. Indulgentiam, & absolutionem, & remissionem peccatorum tuorum visubat tibi omnipotens, & misericors Dominus. Amen. Dominus noster Iesus Christus te absolvat, & ego auctoritate ipsius te absolvo ab omni vinculo excommunicationis, suspensionis, & interdicti, in quantum possum, & tu indiges. Ego te absolvo à peccatis tuis. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Passio Domini nostri Iesu Christi, merita Beate Mariæ Virginis, & omnium Sanctorum, & quicquid boni feceris, & mali sustuleris, sit tibi in remissionem peccatorum, in augmentum gratiæ, & premium vite æternæ. Amen. Si poenitens non fuerit Clericus, omittitur verbum: Suspendentis.

FORMA ABSOLUTIONIS DEUS, & DIMISSIS PECCATIS TUIS PERDUCATUR TE AD VITAM ÆTERNAM. AMEN.

Indulgentiam, & absolutionem, & remissionem peccatorum tuorum visubat tibi omnipotens, & misericors Dominus. Amen. Dominus noster Iesus Christus te absolvat, & ego auctoritate ipsius te absolvo ab omni vinculo excommunicationis, suspensionis, & interdicti, in quantum possum, & tu indiges. Ego te absolvo à peccatis tuis. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Passio Domini nostri Iesu Christi, merita Beate Mariæ Virginis, & omnium Sanctorum, & quicquid boni feceris, & mali sustuleris, sit tibi in remissionem peccatorum, in augmentum gratiæ, & premium vite æternæ. Amen. Si poenitens non fuerit Clericus, omittitur verbum: Suspendentis.

URGENTE PERICULO MORTIS,

Ego te absolvo ab omnibus censuris, & peccatis. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

CONTRITIO

3058 **I**n communi, est dolor, & desectio peccati commisi, cum proposito emendandi. Est duplex, perfecta, quæ dicitur attritio. Perfecta est dolor de peccatis quatenus sunt offensiva Dei summe dilecti, & supra omnia. Imperfecta, seu attritio, est dolor de peccatis propter turpitudinem peccati, aut timorem inferni, vel alterius mali.

3059 Differunt ratione motivi, & ratione effectus. Ratione motivi: quia Contritio fit ex motivo Charitatis erga Deum, hoc est ex motivo subiecti, nempe Dei summe diligendi. Attritio ex motivo Charitatis erga se ipsum, seu ex motivo timoris pœnae, aut horrois mali.

3060 Ratione effectus: quia Contritio per se remittit peccata, & justificat extra Sacramentum, in voto tamen Sacramenti; unde ille talis tenetur

etur sub mortali suo tempore conteri; attritio vero requirit Sacramentum in re, ita ut in nullo casu, etiam in articulo mortis, attritio quantumvis supernaturalis sufficiat ad justificationem, & remissionem peccati mortalis, sine Sacramentum in re. Imo in articulo mortis, si non potest quis habere Sacramentum, tenetur sub mortali conteri.

3061 Attritio in Sacramento Poenitentia dicitur fieri contritio, & attritus contritus, non formaliter, quia non variatur obiectum, seu motivum; sed effective, quatenus attritio cum Sacramento in re justificat, sicut contritio cum Sacramento in voto.

3062 Non sufficit attritio naturalis quantumvis honesta, qualis est dolor de peccatis ob malum temporale, v. gr. ob amissionem pecuniæ, sanitatis, &c. Quia non est attritio christiana, & supernaturalis, cum nullum respiciat motivum supernaturale; ac proinde est improporionata fini salutis supernaturalis. Hinc ex Trid. sess. 14. c. 4. attritio, quæ ad Dei gratiam in Sacramento Poenitentia impetrandam disponit, debet esse donum Dei, & Spiritus Sancti impulsus, qui non est attritio naturalis ex motivo pure humano, & naturalis: v. in pag. 6. prop. 57. ab Innoc. XI. damn.

3063 Sufficit vero, si sit propter pœnas temporales, ver. gr. propter morbum, persecutionem, &c. ut à Deo inflicta, vel infligendas propter peccata; quia tunc, cum adit respectus ad Deum, & motivum supernaturale, est dolor supernaturalis.

3064 Sufficit attritio ob timorem gehennæ, aut purgatorii; quia cum sint pœnae Dei, quæ scilicet infliguntur à Deo auctore supernaturali ob peccata, eorum timor & dolor est supernaturalis ex motivo supernaturali, ob rationes de num. 90. Et colligitur ex Trid. ibi relato, ubi dum dicit: Et quamvis sine Sacramento Poenitentia per se ad justificationem perducere peccatorum nequeat; tamen cum ad Dei gratiam in Sacramento Poenitentia impetrandam disponit: non supponit gratiam justificationis in peccatore causatam, ac proinde non supponit contritionem, quia hæc per se extra Sacramentum, & cum solo ejus voto illam causat: v. n. pag. 7. prop. 14. & 15. ab Alex. VIII. damn.

3065 Dices: Fides supernaturalis cum Sacramento Poenitentia in re, attritione seclusa, non sufficit ad justificationem; ergo attritio supernaturalis cum Sacramento in re, non sufficit ad justificationem.

Resp. disparitatem esse; quia de fide est, & certum contra Lutherum; fidem non sufficere ad justificationem, Trid. sess. 6. can. 9. nec esse partem Sacramenti Poenitentia; Et licet non Examen Ecclesiast.

sit definitum, attritionem supernaturalem esse partem: certum tamen est, esse partem & materiam proximam, ex communi sensu Ecclesie; quod sufficit: v. n. 3064.

3066 Quod autem contritio perfecta hominem reconcilet Deo, & gratiam causet extra Sacramentum, cum solo ejus voto, habetur ex Trid. sess. 14. c. 4. charitati namque perfectæ promittitur peccatorum remissio in Sac. Script. Prov. 8. Ego diligentes me diligo. Zach. 1. Convertimini ad me, & ego convertar ad vos. Luca 7. Remittitur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Et 1. Petri 4. Charitas operis multitudine peccatorum.

In Confessione autem non sufficit amor, sed requiritur dolor explicitus; idque ex conceptu formalis poenitentia, quæ formaliter importat displicentiam de peccatis. Sufficit autem propositum virtuale, ex num. 3072. quia verus dolor peccatorum reconciliativus animæ cum Deo, est impossibilis cum proposito peccandi; unde includit virtualiter propositum de non peccando.

3067 Sufficit attritio ob turpitudinem peccati, ex Trid. cit. sess. 14. c. 4.

Turpitudinem peccati est duplex, una naturaliter cognita: talis est turpido inmunditatis; quæ est in peccato carnis; & turpido vililitatis, & indignitatis apud homines, quæ est in peccato furti, &c. Et dolor ob talem turpitudinem non sufficit, quia est naturalis: v. in p. 7. prop. 9. ab Alex. VIII. damn.

Alia est turpido supernaturaliter cognita, seu per fidem; talis est turpido peccati oppositi alicuius divinæ perfectioni (quæ non sit Charitas) supernaturaliter cognita, seu per fidem; aut alicuius virtuti moralis per legem divinam præceptæ, ut turpido inobediencie, ingratitude, &c. Turpido contra iustitiam, castitatem, &c. & dolor ex tali turpitudine sufficit, quia est supernaturalis, seu ex motivo supernaturali, nempe ob turpitudinem supernaturaliter cognitam, Scotus in 4. dist. 14. q. 2. & 4. Mastr. Brancatus, & alii hæc de Sac. Pœnit.

3068 Non sufficit dolor, quo quis dolere se non dolere peccatorum; quia hic non est dolor, sed carentia doloris peccatorum. Cum hoc tamen dolor solet regulariter esse conjunctus dolor de peccatis, quamvis poenitens eum non cognoscat, & tunc est sufficiens.

3069 Qui scienter sine attritione absolvitur, & sacrilegium committit, & tenetur confessionem repetere, ex defectu materie proxime.

3070 Sufficit unius actus doloris de omnibus peccatis in genere, etiam oblitis. Debet autem esse efficacis & universalis respectu omnium

omnium mortalium in confuso, & in genere. Unde non sufficit dolor pure particularis, sed requiritur dolor, qui sit universalis saltem virtualiter, de omnibus peccatis commissis.

Dices: Potest dari Sacramentum Penitentiae validum, in quo tamen Confessio non fit de omnibus, sed pure particularis alicujus peccati, ut constat de peccatis oblitis, & in casibus, in quibus licita est dimissio Confessionis; igitur potest dari Sacramentum Penitentiae validum, in quo tamen dolor non fit de omnibus, sed pure particularis alicujus peccati in iisdem casibus.

Resp. Negando consequentiam: disparitas est, quia confessio omnium peccatorum vera, & absolute commissorum, non est semper in nostra potestate, & humanitus possibilis; nam humana conditio est subiecta oblivioni, imo & accidentibus, quae impediunt confessionem omnium, quae memoriae occurrunt: dolor autem de omnibus peccatis commissis, in quovis casu, est humanitus possibilis, & in nostra potestate, quia est actus spiritualis internus, qui potest in instanti perfici, ex n. 3077.

Hinc Conc. Trid. sess. 14. cap. 5. loquendo de confessione, definit, nos solum teneri confiteri peccata omnia mortalia, quae post diligens examen memoriae occurrunt. In cap. autem 4. ejusdem sess. loquendo de dolore, absolute, & absque recentia limitatione definit, quod contritio, quae est primus actus penitentis, debet esse dolor de peccato commisso, & continere debet odium veteris vitae, ac peccatorum detestationem: & quia peccata mortalia oblita (si quae sint) sunt vere peccata commissa, dolor debet saltem virtualiter ad illa se extendere; ita ut si quis doleat, de peccatis, quorum recordatur, & habere animam exprellum nolendi dolere de mortalibus oblitis, si quae sint, non habere dolorem sufficientem ad valorem Sacramenti: quia non habet dolorem verum, & reconciliativum: v. n. 3086.

Qui confitetur duo venialia tantum, & dolet solum de uno, ver. gr. de mendacio, non de alio, ver. gr. de suspitione, valide absolvitur, quia sicut peccatum illud, absolute veniale, est solum materia sufficiens, utpote veniale, ac proinde tacere poterat; ita potest, qui confitetur, de eo non dolere; & aliunde cum jam doleat de uno, jam dat materiam remotam, & proximam, quantum sufficit ad valorem Sacramenti.

Secus est, si confiteretur unum solum veniale, & de eo non doleret, committeret enim

facilegium ob gravem injuriam Sacramento, quatenus esset invalidum ex defectu partis essentialis, nempe materiae proximae.

Item secus esset dicendum de eo, qui confiteretur duo mortalia, & de uno tantum doleat, non de alio, quia ex una parte, illud aliud est materia necessaria; adeoque ut sit valida absolutio, debet dari materia proxima, nempe dolor supra illud cadens: ex alia parte non potest remitti unum mortale sine alio.

3071 Qui tenetur contri. extra Sacramentum, non tenetur praemittere peccatorum examen; sed sufficit, quod doleat in confuso.

3072 Pro valore Sacramenti, tamam attritione, quam in contritione ex Trid. cit. requiritur propolium de cetero non peccandi, alias non esset dolor efficax; & virtute, quod propolium sit implicitum, & futurale, Scot. in 4. dist. 14. q. 4. §. Ad primum argumentum dist. 17. q. 10. in solut. principalium, & alibi: v. n. 3066. Leand. tr. 5. dist. 7. q. 22.

3073 Cum proposito sufficienti non peccandi stare potest iudicium probabile reincidentis; quia tale iudicium est actus naturalis intellectus, & non liber. Communis.

3074 Non requiritur dolor sensibilis, sed sufficit intellectivus; quia est actus internus voluntatis, adeoque spiritualis.

3075 Talis dolor debet esse summus non intensive, sed appetitativa: ita ut dolor de peccatis sit supra omnia detestabilia, nempe supra omnia mala poenae, etiam aeternae; unde debet magis detestari peccatum, quam quodlibet alium malum.

3076 Hinc dolor summus intensive est ille, qui dicitur summus quoad intentionem, & graduationem; Dolor summus appetitativa est ille, qui quis dolet, paratus potius omnia bona creata relinquere, & omnia mala poenae subire, quam Deum offendere. Unde regulariter fit, ut dolor mali temporalis, puta amissionis bonorum, mortis poenitentis, &c. sit major intensive dolore peccati, hic autem ille illo major, imo summus appetitativa; in quantum dolor mali temporalis est major secundum graduationem qualitatis doloris, in qua graduatione consistit intensio doloris, cum quo adhuc stat, quod dolor de peccato sit summus appetitativa, in quantum ita dolet de peccato, ut sit promptus, quod si ei daretur optio eligendi, potius subiret omnia mala poenae, quam peccaret; & hoc passio dolor dicitur summus in pretio, non in intentione.

3077 Non est autem opus, nec expedit, ut fiat collatio explicita cum omnibus aliis malis; sed sufficit, quod implicite proponatur.

ut detestatio peccati supra omnia detestabilia in confuso: unde aclus contritionis, aut attritionis, potest fieri in instanti, aut brevissimo tempore, quia est actus internus spiritualis.

3078 Ad valorem Sacramenti non sufficit dolor, qui absolutioem sequitur; alias confessio non esset accusatio, sed simplex peccatorum narratio. Non debet tamen necessario procedere, sed sufficit, ut eliciatur in ipsomet confessionis actu, vel facta confessione ante absolutioem; quia bene salvatur, quod confessio sit accusatio, & quod cum dolore absolutioem subiiciatur.

3079 Non est autem necesse, quod dolor, si ve attritio, sit immediate ante absolutioem, vel confessionem; sed sufficit, si quis sero examinandis conscientiam, actum doloris eliceret: hic quidem si mane ad confessionem accederet sine novo actu doloris, confessio esset valida, D. Thom. & Leander, tract. 5. dist. 7. qu. 6. Joseph de Aug. de poenit. num. 22. habet: *Sufficit, quod attritio sit ante, quando homo habuit voluntatem confitendi, & examinandi conscientiam, & nunquam retraxit talem actum, & universaliter, quoties attritio praecessit, & fuit ordinata ad hoc Sacramentum, & virtualiter potest intelligi permanere usque ad absolutioem: v. num. 2118.*

3080 Qui paulo ante confessus, & absolutus, iterum confitetur aliquod peccatum, quod exciderat de mente, de quo antea explicitè, & formaliter non doluit, non indiget novo dolore; sed in virtute prioris doloris virtualiter, & moraliter permanentis, potest absolvi, Leand. cit. qu. 5. Diana pars. 2. tract. 3. resol. 50. & 51. quia prior dolor, ut pote qui fuit virtualiter extensus ad peccata oblita, ita valet ac si esset novus dolor de solis peccatis oblitis. Ex dem ratione (ut etiam praxis docet) potest moribundis propter periculum instantis mortis absolvi audito tantum uno, vel altero peccato, & postea, si superles maneat, auditis reliquis, secundo absolvi ab illis ex vi prioris doloris moraliter permanentis: vide tom. 3. num. 287. pag. 643.

Qui igitur ante confessus, reconciliatur confitendo peccatum oblitum, licet novum faciat Sacramentum, non tenetur novum dolorem elicere, nisi novum peccatum mortale commiserit, ut longum tempus intercesserit; quia moraliter perseverat dolor praeteritus circa omnia peccata elicitus, sicut dolor die hesterni elicitus sufficit ad Sacramentum, quod die crastino perficitur, ob eandem moralem, aut virtutalem permanentiam. Unde haec sententia est mihi moraliter certa.

Scotus in 4. dist. 14. q. 2. litt. N. O. q. 4. litt.

H. d. 15. q. 1. litt. C. d. 17. q. 10. litt. X. Mastri in theol. mor. dist. 21. §. q. 1. ad 7. Leand. tr. 5. dist. 1. ad 3. Joan. de la Cruz, pag. 387. Bonac. tom. 2. pag. 134. Tamb. in meth. conf. pag. 373. ad 378. Bolemb. lib. 6. tr. 4. c. 1. Cardenas dist. 30. §. 37. Clericus c. 119.

Q U E R E S,

3081 An Sacramentum Penitentiae possit esse validum, & informè?

Unoniam controversia praesens est una ex celeberrimis, quae inter scholasticos exagitari solent, fas sit mihi, ut paulisper forma scholastica utar.

Sciendum igitur, Sacramentum Penitentiae dici validum, quando constat omnibus suis partibus essentialibus cum intentione ministri, informè vero, non quia caret forma essentiali, sic enim diceretur invalidum, sed quia caret effectu gratiae, quae est forma sanctificantis animam. Hoc praemisso,

3082 Dico implicare Sacramentum Penitentiae validum quoad essentiam, & informè quoad effectum gratiae: Est Scoti in 4. l. 9. §. 5. Contra istam opinionem in fine. Contra D. Thom. Probatur 1. Sacramentum Penitentiae validum, est Sacramentum verum, & perfectum, constans scilicet omnibus suis partibus essentialibus cum intentione ministri; sed implicat, quod Sacramentum Penitentiae sit verum, & perfectum Sacramentum, & non caetera gratiam; ergo implicat, quod sit validum, & informè: minor patet, quia Sacramenta causant gratiam ex institutione Christi, & acceptione ac promissione Dei, qui est infallibilis veritatis.

3083 Confirmatur: est Sacramentum includens omnes partes esenciales cum intentione ministri; est verum signum effectus praetium gratiae: sed implicat verum signum effectus praetium gratiae sine signato, nempe sine gratia; ergo &c. minor patet, quia alias non esset efficax.

3084 Probatur 2. Nullus potest assignari casus, in quo Sacramentum Penitentiae fiat validum quoad essentiam, & informè quoad effectum; ergo &c. Antecedens probatur ex solutione praecipuorum fundamentorum partis adversae.

3085 Dices 1. Sacramentum Baptismi potest esse validum, & informè ob defectum dispositionis suscipientis; ergo Sacramentum Penitentiae potest esse validum, & informè ob defectum dispositionis, nempe doloris penitentis. Antec. probatur de adulto fide accedente ad Baptismum, scilicet sine dolore, & fide; hic nanque recipit Baptismum validum.

dum quoad essentiam, & non gratiam, quam tamen recipit recedente fictione ex vi Baptismi præteriti.

Resp. hanc disparitatem esse inter Sacramentum Pœnitentiæ, & inter alia Sacramenta imprimita characterem, ut sunt Baptismus, Ordo, & Confirmatio, quod ista non includunt dispositionem suscipientis, ut partem essentialem; partes enim essentiales Baptismi sunt materia, & forma, nempe aqua, seu ablutio, & verba Sacerdotis cum ejus intentione, & sic pariter de Ordine, & Confirmatione; adeoque cum flare possit, quod habeant omnes partes essentielles ad validitatem requisitas, & quod non habeant dispositiones necessarias ad fructum gratiæ, flare potest, quod sint valida, & informia. In Sacramento autem Pœnitentiæ, dispositio, nempe dolor, est pars essentialis, est enim materia proxima; adeoque implicat, quod sit informe ex defectu dispositionis, & quod sit validum: *v. num. 2997.*

3086 Dices 2. Sacramentum Pœnitentiæ posse esse validum ex defectu doloris extenfive, hoc pacto: potest dari casus, quod quis habens tantum duo peccata mortalia disparata, v. g. furti, & odii, invincibiliter oblitus odii, eliciat actum doloris tantum de peccato furti, ex peculiari motivo, & speciali turpitudine illius peccati in specie, illudque confiteatur: sed in hoc casu Sacramentum est validum, & informe; ergo &c. Minor probatur: est validum, quia jam ad sunt omnes partes essentielles, jam namque adest sufficiens dolor; quia ex Trid. non tenetur quis confiteri nisi peccata, que memoriz occurrunt, nec tenetur elicere dolorem, nisi de peccatis, que pariter memoriz occurrunt. Ellet autem informe, nempe sine effectu gratiæ, quia in casu peccatorum odii oblitum non est remissum, non quidem directe, ut est certum: neque indirecte ex vi absolutionis peccati furti confessi, quia nullum peccatum remitti potest sine ullo dolore formali, aut saltem virtuali supra ipsum cadente; in casu autem, nullo pacto caderet supra illud dolor, non formalis, ut supponitur, nec virtualis; quoniam dolor de peccato furti, cum supponatur habitus ex motivo peculiari, & speciali turpitudine peccati furti, non potest virtualiter extendi ad peccatum odii diversæ rationis, & speciei; quia non potest comprehendi sub illa speciali turpitudine. Ex quo fit, quod neque ellet remissum peccatum furti confessum; nam (ut est certum) unum peccatum non potest remitti sine alio, & consequenter dari potest Sacramentum Pœnitentiæ validum, & infor-

me: Hic est casus validior, qui à recentioribus oppositæ sententiæ affertur.

3087 Resp. admissio casu, negando minorem; quia peccatum odii, ut invincibiliter oblitum, est indirecte absolutum; dolor namque formalis de peccato furti virtualiter extenditur ad peccatum odii oblitum: quatenus supposita sufficienti diligentia adhibita in conscientiæ examine, censetur ille talis promptus ad eliciendum actum doloris, etiam circa peccatum odii oblitum, si menti occurreret; talis enim virtualis extensio doloris specialiter consistit in ea promptitudine de eo dolendi, quando menti occurreret.

3088 Et licet motivum doloris formalis furti sit propria ipsius turpitudine in specie, hoc non impedit, quin etiam dolor possit ad illud peccatum oblitum virtualiter extendi, saltem ratione turpitudinis genericæ, quatenus peccatum est, & offensæ Dei; eo ipso enim, quod dolet de specifica, dolet de generica, nam non potest dolere de ratione specifica, non curando de generica; quia autem dolet de peccato, ut sic, & de offensæ Dei, ut sic, dolet virtualiter de quolibet peccato invincibiliter oblitio; quia quodlibet sub ea ratione comprehenditur.

3089 Hac autem virtuali extensione doloris deficienti, quatenus ille talis allatam promptitudinem non haberet, nec de ratione generici peccati & offensæ curaret, deficeret quidem forma gratiæ, sed simul deficeret Sacramenti validitas; quia deficeret dolor sufficiens ad valorem, etlo ob invincibilem ignorantiam non peccaret; & sic deficeret materia proxima necessaria, quæ est dolor reconciliativus cum Deo, qui saltem implicite, & virtualiter detestationem omnium mortalium, etiam inculpabiliter oblitum, includit.

3090 Confirmatur. Iste talis, vel ita dolet de peccato furti, ut dolor est reconciliativus cum Deo, ut scilicet ille talis intendere se reconciliare cum Deo, medio Sacramento, vel non? si secundum, Sacramentum esset quidem informe, sed invalidum ob defectum materiæ necessariæ: si primum, Sacramentum esset non solum validum, sed etiam formatum gratiæ, quia talis dolor reconciliativus cum Deo, continet implicite, & virtualiter detestationem omnium mortalium, sicut liquet de actu perfectæ charitatis, qui virtualiter continet detestationem omnium peccatorum mortalium, quamvis homo eorum non recorderetur; quia actus ille cum effectu ad mortale peccatum stare non potest: ita universaliter omnis amor efficax alius boni continet virtualiter, & implicite detestationem mali contrarii; sic pariter est de dolore reconciliativo cum Deo dicendum.

Con-

do agitur de Sacramenti valore: *vide numero 75.*

CONFESSIO

3094 *St accusatio de propriis peccatis coram Sacerdote legitimo ad eorum remissionem obtinendam per absolutionem.*

3095 Qualitates, seu conditiones bonæ confessionis, sunt sexdecim, his contenta veribus:

Sit simplex, humilis confessio, pura, fidelis, Atque frequens, nuda, discretæ, libens, veracunda.

Integra, secreta, lacrymabilis, accelerata, Fortis, & accessiva, & si parvo parata.

1 *Simplex*, veritatem aperiens sine historiæ, & rerum impetinentium admixtione.

2 *Humilis*, sine audacia, aut jactantia.

3 *Pura*, cum animi puritate, & intentione consequendi finem Sacramenti, non ob vanam gloriam, &c.

4 *Fidelis*, referens certa pro certis, dubia pro dubiis, sine mendacio.

5 *Frequens*, ut frequenter quis confiteatur.

6 *Nuda*, non palliata coloribus, sed clare & distincte peccata expliciter sine diminutione, aut æquivocatione.

7 *Discreta*, ut peccata verbis honestis explicentur, & probus Confessarius eligatur.

8 *Libens*, ut fiat sponte, non coacte.

9 *Veracunda*, cum pudore.

10 *Integra*, requiritur enim integritas materialis, videlicet, ut omnia mortalia, que memoriæ occurrunt non jam confessæ, eorumque numeri, & circumstantiæ, que speciem mutant, aperiantur: ex Trid. *sess. 14. cap. 5.*

11 *Secreta*, ut non fiat coram aliis, nisi urgente necessitate, ut infra de dimidiatione: *v. n. 2912. & 2154.*

12 *Lacrymabilis*, cum dolore saltem interiori.

13 *Accelerata*, ut commissio peccati, confessio non diu differatur. Commissio gravi peccato, præsertim carnis, non debet quidem que diu confessionem differre, ne labatur in pejus; sed indecens est, si statim ad Sacramentum accedat, nisi necessitas urgeat: debet enim prius, placata sensus rebellionem, se disponere per cognitionem, & dolorem parati delicti, ut licet quantumcumque debita reverentia Sacramentum suscipiat.

14 *Fortis*, cum animi constantia, ne ob pudorem, aut timorem, aliquid peccatum mortale omittat.

3096 Confirmatur 2. Nisi offendens efficaciter detestetur offensam amico illatam, & habeat firmum propositum eum amplius non offendendi, non potest dici, quod habeat verum & sincerum animum se reconciliandi cum amico, sed simulatum, & fictum; ergo dolor reconciliativus peccatoris cum Deo, includere debet efficacem detestationem de offensæ commissis, & firmum propositum eum amplius non offendendi: sed dolor sic detestativus virtualiter, se extendit ad omnem offensam factam; ergo implicat esse dolorem reconciliativum, & ad omnia peccata, etiam oblita, non se extendere.

3097 Quod dolor debeat esse reconciliativus, constat; quia questio procedit supposita inimicitia hominis cum Deo, & de peccatis mortalibus non jam confessis, nec site absolutis; minime de venialibus, quia venialia sunt materia sufficiens, non necessaria, ita ut si quis constiteret unum sine alio etiam adveniret, adhuc vi Sacramenti haberet effectum augmenti gratiæ. Unde Trid. *sess. 14. cap. 3.* de fructu Sacramenti Pœnitentiæ loquens ait: *Sane vero res, & effectus hujus Sacramenti, quantum ad ejus vim, & efficaciam pertinet, reconciliatio est cum Deo;* Adeoque dicitur Sacramentum reconciliations: *vide n. 3024.*

3098 Dices 3. Potest dari casus, quod quis omnia peccata confiteatur, & de omnibus vere doleat, habeat tamen affectum ad unum mortale: sed in hoc casu Sacramentum est validum, cum ad sit sufficiens dolor; est tamen informe, & absque effectu gratiæ ob allatum affectum; ergo, &c.

Resp. Vel nomine affectus ad peccatum intelligitur inclinatio naturalis ad illud, & tunc Sacramentum & erit validum, & formatum gratiæ; quia potest stare validitas Sacramenti Pœnitentiæ, & effectus gratiæ cum inclinatione ad aliquod peccatum, imo, cum probabili prævisione reincidentie; quia hi sunt actus naturales, primus appetitus sensitivus, secundus intellectus. Vel intelligitur voluntas peccandi illo peccato, & sic utriusque Sacramentum est informe, est tamen invalidum ob defectum materiæ necessariæ, nempe doloris efficacis reconciliativi.

Implicat igitur, quod Sacramentum Pœnitentiæ sit informe, & validum.

Quas rationes si attente Lector perpendet, compertiet sententiam Scoti esse probabiliorum, & simul tutiorem, cum non exponat Sacramentum frustrations periculo: ac proinde esse conformem decreto Innoc. XI. de secunda opinione tutiori, quan-